

## CAPUT III.

## De Religiosis, seu Clericis Regularibus.

Cum in antecedenti Capite proposita sint, quæ Clericis Sæcularibus sunt propria; methodi ratio & integrandæ doctrinæ necessitas flagitat, ut amodò, quæ Clericis Regularibus, seu Religiosis, sunt peculiariter, peculiariter expendantur.

## SECTIO I.

## De Definitione, Divisione, &amp; Origine Religiosorum.

## SUMMARIUM.

1. Etymon Religiosi. 2. Synonymum. 3. Descriptio. 4. Est persona, à saculo abstracta. 5. Evangelica perfectionis studium. 6. Per Constituta Evangelica. 7. In nuncupatione Votorum substantialium expressa. 8. Sive illa solennia sint, sive simplicia. 9. Juxta Regulam, ab Ecclesia approbata. 10. In communitate. 11. Stabiliter. 12. DEO consecrata. 13. Varietas Religiosorum magna. 14. Alii dicuntur Monachi, alii Canonici Regulares. 15. & seq. In Jure Canonico perumque nomine Monachorum veniunt. 17. & seq. Monachi, saltem Benedictini, sunt Clerici vi status & professionis sue. 21. & seq. Possunt obire munia vite active, si ad hoc vocentur. 26. & seq. Status ipsorum excellens est. 30. & seq. Quidam dicuntur Mendicantes. 32. Alii non mendicantes. 33. Quibus sua divitiæ hanc invidentur.

## §. I.

## Quid sit Religiosus?

Religiosus etymon ac officium suum derivat à Religione, non quatenus illa denotat complexum articulum fidei, & Religio Catholica dicitur; nec etiam quatenus generatim significat illam virtutem, quæ DEO cultum & honorem debitum exhibemus; sed quatenus est fidelium, ad Christianam vitam & charitatis perfectionem tendentium, editis tribus votis substantialibus, stabilis in communi vivendi modus, ab Ecclesia approbatus. P. Engel ad tit. de Regular. num. 1. Quæ ratione Religio communissimè dicitur status Religiosus arg. t. 1. de Statu Monachorum &c. quia hominem in certo ac perpetuo statu collocat. Clarif. P. Schmalzgrueber ad cit. tit. num. 2.

Dicitur aliò vocabulò Regularis, quia communem vivendi modum juxta Regulam aliquam proficitur; etsi, strictè loquendò, vocabulum Regularis latius pateat, quam Religiosus: cum possit aliquis sub Regula vivere, dicique Regularis, absque Votorum emissione; Religiosus verò nec esse nec appellari quis possit, qui vota non emittit. P. Engel d. n. 1.

34. Alii sunt Canobici; alii Eremitæ. 35. Nonnulli sunt Milites. 36. & seq. Ex quibus illi, qui castitatem conjugalem tantummodo voverunt, non sunt veri Religiosi. 39. Licet illorum privilegiis gaudeant. 40. & seq. Inter Religiosos ejusdem Ordinis reperitur aliqua diversitas. 42. Sicut etiam inter Religiosos ejusdem Monasterii. 43. Religiosorum institutum in sensu laxiori capiti ab origine mundi. 44. Progressum suscepit in Lege Mosaica per Nazaraos. 45. Prophetas. 46. Virgines templi. 47. In Lege Evangelica perfectionem assecutum est ex Verbo & exemplo Christi. 48. Continuum est ab Apostolis. 49. Et suo modo à primis Christianis. 50. Ad certas leges redactam fuit à fundatoribus Ordinum. 51. & seq. Regula Benedictina primitus à SS. Pontificibus approbata invenitur.

cit. cap. Math. v. 17. colligitur, ubi Christus Dominus, ad sæculares sermonem faciens, dicit: *sevis ad vitam ingredi, serva mandata*: perfectio autem, quæ ex conformatione cum Evangelicis consiliis desumitur, non quorumlibet Christianorum (neque enim omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est d. cap. 19. v. 11.) sed Religiosorum est.

Dixi III. per nuncupationem votorum substantialium. Evangelica namque perfectio, quam Religiosi seorsim à Sæcularibus, quin, & Clericis, comparare debent, consistit potissimum in abdicatione rerum & bonorum temporalium; in detestatione voluptatum carnalium; in abnegatione sui ipsius: Vota autem substantialia ad hoc maxime conferunt, dum per Votum Paupertatis abdicantur externa bona, per Votum Castitatis renunciatur licitis voluptatibus; per Votum Obedientiæ voluntas propria DEO consecratur. Videatur Extravag. quorundam Joannis XXII. de V. S. Hæcque Vota, licet apud plerisque Religiosos sint solennia, hoc est, publicè Ecclesiæ autoritate acceptata, atque omnis juris ad actus contrarios exclusiva per cap. un. de Voto & Votire demp. in 6. apud nonnullos tamen, & in specie apud PP. Societatis JESU, sunt tantum simplicia, sed tamen ad ipsos Religiosos constituendos sufficientia arg. cit. cap. un. & Bullæ Gregorii XIII. ascendente Domino &c. Gonzalez ad cap. super quodam q. de Statu Monach. n. 6.

Dixi IV. juxta Regulam, ab Ecclesia approbata. Requiritur itaque, ut Religiosus sua Vo-

ta conformet certæ Regulæ, ab Ecclesia approbata; quæ approbatio quondam Episcopis permilla, postea soli Summo Pontifici reservata fuit per cap. ult. de Religiof. dom. cap. un. in 6. censetur enim una ex causis majoribus, novam Religionem novamque vivendi normam approbare, ac prius, utrum ex DEO sit, examinare. Gonzalez ad cit. cap. ult. n. 7.

Dixi V. in communitate. Prima siquidem Religiosa vitæ conditio est vita communis, quæ in Lege Evangelii non solum ab Apostolis & Clericis, sed etiam fidelibus laicis juxta cap. 4. Act. v. 3. 2. & seq. observata, atque in præsentem usque diem in Ordinibus Religiosis est continuata.

Dixi VI. stabiliter. Nam presentia locum non invenit post vota legitime semel emissa; nec recedere licet à Religione, cui semel quis authenticè obstrictus est: sicut à Matrimonio, licet semel & validè contractò, resiliere non est concessum: quia Status Religiosus est quoddam Matrimonium, individuum vitæ consuetudinem continens, ac mutuum cohabitandi obligationem inter Religionem & Religiosum inducens. Hinc Divina Veritas Lucæ 9. v. ult. nemo, inquit, mittens manum ad aratrum (seu jugum Status Religiosi) & respiciens retrò aptus est Regno DEL.

Dixi VII. DEO consecrata. Consecratur etenim Religiosus per professionem, & efficitur persona sacra, dum reverà de ipso predicatur illud Paulianum: *hospitium vivens, sanctus, & placens, & templum Spiritus sancti*. ad Rom. 12. & 1. Corinth. 6. & 7.

## §. II.

## Quanta Religiosorum sit diversitas?

Amens ex n. 5. unus omnium Religiosorum sit scopus principalis, unæque omnium obligatio substantialis, est tamen non una inter eosdem differentia quoad fines, functiones, & obligationes accidentales: quia enim diversa sunt hominum ingenia, & alius hoc magis quam aliò vivendi genere delectatur; diversa quoque Regulæ & rationes vivendi ab Authoribus Ordinum Religiosorum sunt constituta.

I. itaque secundum SS. Canones in tit. de Statu Monachor. & Canon. Regular. ex Religiosis alii dicuntur Monachi, alii Canonici Regulares. Hos inter varii varias differentias assignant, quarum tamen in Jure Canonico vix ulla probatur, præterquam, quòd Canonici minus strictam Regulam, quàm Monachi, profiteantur juxta textum in cap. quod DEL timorem s. d. v. de Statu Monachorum. Schambogen ad eund. tit. n. 1.

Quæ de causa Gonzalez ad d. cap. n. 2. commemorat, Canonicos Regulares verè Monachos esse, Monachorumque jure & nomina, exceptis nonnullis casibus, ubique censeri per textus irrefragabiles in cap. presens Clericus 4. XX. q. 3. cap. post translationem 11. de Renunt. cap. ex parte 2. de Postulando. cap. ad nostram s. & cap. seq. de Confirmat. ut, velimus. cap. de Regularibus 25. de Simonia. Extravag. viam am-

bitiosa 1. de Regular. inter commun. Subscribit novissimè dilaudatus supra P. Corbinianus Kamm in sua Hierarch. August. p. 1. cap. 2. sect. 3. à n. 17.

Neque dicas I. Monachos & Canonicos 17 per hoc discriminari, quòd isti sint Clerici ut natura & institutione sua; non illi. Nam, ut taceam, quòd Monachis apprimè conveniat nomen & officium Clericorum ex cap. 1. à n. 98. insuper, ut solidissimè demonstrat celebratissimus noster D. P. Joannes Mabillon in sua gemina Apologia, Clericorum & Monachorum ea semper in Ecclesia fuit subordinatio & harmonia, ut non solum Monachi cum permisso Superiorum Ordinem Clericalem suscipere, omnique Clericorum munia potuerint obire, sed etiam Clerici ad claustra Monachorum se conferre non fuerint prohibiti. Certè, 18

si cætera documenta, quorum innumera pene congestit idem Mabillon, deessent, Monachis Benedictinis, qui in Clericatu quasi nati, educati, & propagati sunt, sufficeret sola sua Regula, in cujus cap. 60. & 62. SS. Patriarcha & Regulares subditos, si eorum vita & mores id exegerint, ad Diaconatum & Presbyteratum à suis Abbatibus admitti, & Clericos ad claustra convolantes recipi præcipit. Quam 19

obrem inter complura SS. Pontificum & Conciliorum

cillorum decreta, in cap. doctos 21. & seqq. XVI. q. 1. relata, Bonifacius Papa in decreto, quod refertur in cap. sine nonnulli 25. d. XVI. q. 1. in illos, qui asseruerunt, *Monachos, quia mundo mortui sunt, & DEO vivunt, Sacerdotalis officii potentia indignos, neque penitentiam, neque Christianitatem (baptismum) largiri, neque absolvere posse per Sacerdotalis Officii Divinitus sibi injunctam potestatem, graviter invehitur, & illos omnino labi pronunciat: neque enim (pergit laudatus Pontifex) beatus Benedictus, Monachorum preceptor astrictus, hujus rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos sacularium negotiorum edixit expertes fore tantummodo. Quod quidem Apostolicis documentis, & omnium Sanctorum institutis, non solum Monachis sed etiam Canonice maxime imperatur &c.*

20 Ad cuius Pontificis Abbas noster Octoburanus, in manuscripto opusculo de *Fure Docendi Benedictinorum*, p. 1. th. 6. concludit: *Itatum Benedictinorum esse statum privilegiorum Clericorum vel Religiosorum Clericorum; adeoque quicquid his licet vel prohibitum non est, & illis licere, nec prohibitum censei, si id nulla peculiari sanctione prohibetur, ac communis vel necessitas vel utilitas & Superiorum licentia accedat. Conferantur, quæ novissime elucubravit Viri Religiosissimi & Eruditissimi, cit. P. Kamm in prodomo pari. 3. Regular. Hierarchia Augustana Relat. 2. observat. 4. per tot. & P. Anselmus Schramb in sua Antologia Historico-Furid. quest. 2. per tot.*

21 Neque dicas II. Monachum, vitam contemplativam solum dedit, non docentis sed plangentis habere officium cap. *Monachus* 4. d. XVI. q. 1. ac agnoscere nomen suum debere, dum *mones* gratæ, latine est unus; *achms* gratæ, latine tristis sonat. cap. *placuit* 8. in fin. d. *caus* & quest. Enimvero, ut ex eodem Reverendiss. Gregorio Abbatre tradit rerum, jurium, & functionum Monasticarum, nec non sacræ & profanæ historiæ peritissimus, Adm. R. D. P. Albertus Krez, nostri Monasterii Octoburani Prior olim meritissimus p. m. in suis *Aphorismis*, parallel. cap. 4. §. 1. n. 8., non obstantibus solitariæ & contemplativæ vitæ, cui Monachi adstringuntur, levis, si isdem quoque, & præcipue quidem Benedictinis, ad activæ muneris vitæ, salutis, aliorum, aut communis necessitatis, vel etiam utilitatis causâ, jus esse. Idque, ut cæteros textus omittam, non parum roboratur ex cap. *inter cetera* 15. de *Offic. Judic. Ord.* ubi Innocent. III. in Concil. Generali præcipit, *nam in Cathedralibus quam in aliis NB. Conventualibus Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadjutores & cooperatores habere, non solum in prædicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus & penitentibus injungendis, ac ceteris, quæ ad salutem pertinent animarum.* Gonzalez *ibid.* n. 7.

24 Quod autem Monachus sit idem ac unus, nil obest: quia, ut dicit S. Augustinus apud cit. Auctores, cum multis est unus. Quodve Monachorum officium sit *plorare*, non negamus: sed, ut loquitur supra cit. Mabillon, vix sibi quis persuaserit, dari posse Viros Religiosos, qui ex-

emptos se credant ab onere plorandi: cum ipsemet Salvator sæpius plorasse, nunquam fuisse legatur, ac lectum Apostolis, mundi afflictis verò lætiam, in hereditatem reliquisse apud Joannem cap. 16. v. 20. ibi: *plorabitis vos, mundus autem gaudet.* Vide etiam cap. 1. n. 146.

Docentis porro officium nec omnes Clerici, nec omnes Canonici, nec omnes Monachi exercent, sed qui ex illis autoritate Ecclesiastica ad idem munus deputantur: neque enim omnes, qui Clericatum simplicem assumpsere, vel Ordinem Canonicorum professi sunt, ad officium prædicationis & curam animarum, prout nec omnes Monachi, admittuntur.

Neque dicas III. Monachorum conditionem esse nimis abjectam, nec Clericali præminentiam parem. Resp. enim Monachorum conditionem talem esse, ut suos alumnos, ad imitationem Christi Domini, qui humiliter & exinanivit semetipsum, formam servi accipiens ad Philipp. 2. v. 7. & 8. in oculis propriis abjectos & humiles esse velit; in se tamen spectatam tam excelsum esse, ut Imperator Julianianus in *Nov. 5. in pr.* scribere non sit veritus: *Conversionis Monachalis vitæ est honesta, sic commendare novit DEO ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam maculam detergat, purum autem declarat, ac rationabili natura decentem, & plurima secundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celsiorem.* Professio tam nobilis est Monachorum professio, ut Episcopi cum Clero, Imperatores, Reges, & Principes cum Serenissimis & Illustrissimis familiis, Monachorum capturogaverint se associari; ipsique Monachi Benedictini per multa sæcula claves Petri tenuerint, sacram Purpuram exornaverint, Archi-Episcopales & Episcopales mitras illustraverint, totamque Ecclesiam Orthodoxam gubernarint. Ut proinde mirum non sit, Religiosissimum Imperatorem Julianianum in *cit. Nov. 5. cap. 9. in princ.* Monachos appellasse *Reverendissimos*; quin & Episcopos, ut refert, & probat nominatissimus noster Mabillon in incomparabili Opere de *Diplomatica lib. 2. cap. 2. n. 15.* à Monachis fratres appellatos esse. Legatur & relegatur, AA. in n. 20. commendati.

II. Religiosi quidam dicuntur Mendicantes, quidam non-mendicantes. Mendicantes sunt, qui non tantum in particulari, sed etiam in communi bonorum stabilitum incapaces, juxta primævum institutum ex elemosynis & largitionibus fidelium sustentantur. Tales ab initio fuerunt Eremitæ S. Augustini, Dominicani, Minores, Carmelitæ juxta cap. *un. de Religiosis dom.* in 6. Quibus postmodum accesserunt Servi B. V. MARIE, Minimi, Jesuati, & PP. Societatis JESU. Hodie tamen post Trident. Concil. sess. 25. de *Regular. cap. 3.* ex Religiosis Mendicantibus omnibus est concessum, in communi bona stabilia possidere, exceptis PP. Franciscanis & Capucinis. Clariss. D. Augustinus Michel in *Theol. Canonico-Moral. append. 1. q. 1. penult. 2. n. 17.* Wickeuer ad tit. de

de *Statu Monach.* n. 15. Reiffenstuel ad tit. de *Regular. n. 27. & seqq.* Non Mendicantes sunt ceteri Religiosi, qui bona immobilia, eorum fructibus aluntur, in communi possident; de quibus intelligendum est illud Apostoli 2. ad *Corinth. 6. v. 10. nihil* (in singulari) *habentes, & tamen omnia* (in communi) *possidentes.* His nonnulli suas divitias, singulari Superum Benedictione multiplicatas, aut invident, aut exprobrant, aut utrumque faciunt; nec tamen memores sunt, Christum Dominum, Matth. cap. 19. v. penult. iis, qui relicti omnibus, ad ejus sectandam vestigia accesserint, centuplum omnium rerum, quas dimiserunt, promississe; nec cogitant, & se, & suos parentes, & suos liberos, & suos cognatos ab ejusmodi Religiosis beneficia innumera, tam spiritualia quam temporalia, recepisse vel recipere. Vide P. Engel de *privileg. Monaster. in præfat. n. 12.*

III. Religiosorum aliqui sunt Cœnobitæ, alii Eremitæ. Cœnobitæ sunt, qui degunt in Cœnobiis, ibique functionibus Regularibus dant operam. Eremitæ sunt, qui, postquam Monasterii probatione diurna didicerunt contra diabolum multorum solatio jam docti pugnam fraternam ex acie ad singularem pugnam eremi secedunt; prout in formalibus disertis S. P. Benedictus in *sua Reg. cap. 1. & in fine insinuat, genus Cœnobitarum esse fortissimum.*

IV. non pauci ex Religiosis appellantur Mileses aut Equites, quales (præter Templarios, olim celebres, sed postea autoritate Clem. V. in Concilio Viennensi extinctos, de quibus videri possunt Barbofa *f. E. U. lib. 1. cap. 47. n. 76.* Illustriss. Caramuel *Theol. Regular. de Templar. reg. a num. 1848.*) hodie sunt Meliteneses, à Malta insula, quam inhabitant, sic dicti; nec non *Tentoniis*, olim Jerosolymitanis appellati, quorum præcipua cura & obligatio est contra juratos Christiani Nominis hostes pugrare. Barbofa *d. loc. num. 166. & seq.* Nec dubium est, quin verè sint Religiosi, utpote nexu trium votorum substantialium obligati *arg. cap. cum & plantare 3. de Privileg. & ibi Fagnanus n. 11. Engel ad tit. de Regular. n. 8. Pignatell. tom. 4. consult. 199. n. 30. Wex in Epitome Prælat. p. 1. cap. 5. §. 2. n. 27.* Aliud est de Equitibus Conjugatis S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ &c. quos, etsi propriè Religiosos esse propugnet Sperelli *for. Eccles. p. 1. decis. 2. n. 58.* & alii; probabilius tamen negant Engel *cit. l.*

Pirhing de *Regular. n. 5.* Card. de Luca de *Regular. disp. 46. n. 10. & disp. 49. n. 4.* Barbofa *f. E. U. lib. 3. cap. 7. n. 27.* Ratio principalis est: quia hæcenus paradoxum & absens videbatur, Religiosum conjugatum videre, qui scilicet & simul Religiosus & simul maritus, una cum jure ad usum Matrimonii existeret, ac conjugii conviveret: utpote cum ipsemet Legislator Divinus à perfectis discipulis non tantum uxores non duci, sed & ductas relinquere voluerit *Math. 19.* Eoque ex capite S. Pontifex Innoc. III. in *cap. cum ad Monasterium 6. de Statu Monach. in fin.* ingenue fassus est, *causodiam castitatis tam arctè Regularibus cognatam esse, ut nequidem autoritate Pontificiâ possit separari.* Et licet præfati Equites, secundum Auctores quosdam certis diebus à Matrimonio teneantur abstinere, eoque titulo Religiosis annuenter à P. Wex *cit. l. p. 2. controu. 3. a num. 35.* tam parum nihilominus ex tali abstinentia voto castitatis, ad Statum Religiosum requiritur, satisfacere credendi sunt, quam parum satisfacere marito, qui, cum uxorum consensu Monasterium ingressi, certò tempore regredi, ac usui matrimoniali vacare possent. Id tamen Equites hujusmodi cum Barbofa *f. E. U. l. cap. 39. §. 1. num. 24.* & alibi, accit. *Wex num. 18. & seqq.* libens indulget, quod ex privilegio Pontificio sint personæ Ecclesiasticæ, earumque jura & privilegia consequantur.

V. inter Religiosos ejusdem Ordinis & Monasterii aliqui dicuntur *Conversi* seu Fratres laici, qui, salvâ votorum substantialium obligatione, neque ad Chorum, neque ad Ordines, neque ad Capitula tractatum admittuntur; aliqui dicuntur *Clerici*, qui ad Chororum, ad Ordines, & suò tempore, ad Capitula tractatum accessum habent. Alicubi etiam reperitur *Donati*, qui, si vota solennia, extra Societatem JESU, non emittant, veris Religiosis haud accensentur; neque enim in aliis Religiosis vota simplicia acceptantur ab Ecclesia eo cum effectu, ut verum Religiosum constituent. Illustriss. Caramuel *cit. Theolog. Regular. in Reg. S. Bened. disp. 47. n. 412.*

VI. sunt in eodem Monasterio quædam parvæ accidentales Religiosorum differentia, dum alii parent, alii imperant; hi que pro Religiosis diversitate Abbates, Præpositi, Decani, Priores, Rectores, Guardiani, Vicarii &c. compellantur. Vid. Caramuel *d. l. disp. 36. per tot.*

### §. III.

#### Unde Religiosi suam trahant Originem?

Religiosorum institutum, quatenus generalius pro separata & à cæteris hominibus distincta piè vivendi ratione accipitur, cum ipsa mundi creatione suum initium sumpsisse, probat ex instituto Illustrissimus Caramuel in *Theolog. Regular. in Reg. S. Bened. disputat. 10. per tot.* ac per subsequentes disputat. eruditè ostendit, ad usque Legem Evangelicam semper extitisse homines, qui vitam cum

cæteris fidelibus non-communem religiosè vixerunt.

Tempore Legis Mosaicæ propinquirem 44 Religiosæ vitæ figuram illustrasse, rem indubiam existimant Afcanius Tamburin. de *Fure Abbar. tom. 1. disp. 2. q. 1. per tot.* Patet I. ex Nazareth, de quibus Num. cap. 6. v. 2. & seqq. scriptum legitur: *Vir sine mulier, cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino conse-*

crare, a vino & omni, quod inebriare potest, abstinere. Hi, soli vacantes DEO, atque a seculi vanitatibus abstinentes, summò apud Judæos honore digni, tantique habebantur, ut eorum orationibus DEUM placari Judæi voverint. *1. Machab. 3. v. 49.*

Patet II. ex Prophetis, Samuele, Elia, Elifæo & filiis Prophetarum, qui in Collegiis simul habitantes ad id unice intendebant, ut laudes Divinas jugiter concinerent, & Legè Divinam perpetim legerent, legendoque explicarent. De his agitur in *1. Reg. cap. 10. & 19. itè 4. Reg. cap. 6. & 11.* Unde D. Hieron. in *epist. 13. ad Paulin. nos, inquit, propofiti nostri Principes habemus Paulus, Antonius, Hilariões, Macarius, & ut ad Scripturarum auctoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Elifæus, nostri filii Prophetarum.* Et D. Bernardus in *epist. ad Frates de monte DEI, hæc novitas, ait, non est novella vanitas: res enim est antiqua Religionis perfecta, fundata in exemplo pietatis. Antiqua hereditas Ecclesie DEI à tempore Prophetarum*

*46 demonstrata.* Patet III. ex Virginibus, templo dedicatis, quæ ferè ad normam hodiernarum Sanctimonialium religiosi officii & exercitiis erant occupatæ; juxta *2. Machab. 3. v. 19.* Ambrosium *lib. 2. de Virg. Nissen. de Nativ. Christi. Damascenum lib. 4. cap. 13.* aliosque Ecclesie Doctores apud Caramuelem *cit. loc. disp. 17. art. 5.* allegatos.

*47* At, sicut cætera, quæ in Lege Mosaica gerebantur, erant proficua & præludia eorum, quæ in Lege Evangelica forent gerenda: sic status Religiosus antiquus umbra duntaxat erat status recentioris, quem Christus Dominus non solum instituit verbò, quando di cipulos Matthæi 19. mundum deserere; Lucæ 14. omnibus, quæ quis possidet, renuntiare; Matth. 18. propter Regnum Cælorum spiritualiter se castrare, seu à conjugio abstinere; Lucæ 4. seipso abnegare, & alteri suam voluntatem subicere, docuit; sed etiam exemplò probavit, Virgo ex Virgine natus & mortuus; propter nos Egegnus factus; & Obediens usque ad mortem. Caramuel *cit. loc. disp. 19. 20. 21. 22. per tot.* Tamburin. *d. disp. 2. q. 8.*

*48* Quod Salvator verbò sic expressit & exemplò, dubium haud erit, Apostolos quoque, Christi sectatores, fecisse: quandoquidem D. Petrus Matthæi 19. v. 27. omnium Apostolorum nomine professus est: ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Omnia expressit, & nihil exceptit; ideòque non res solum temporalia, sed etiam uxorem (pro ut subjuncta Christi clausula subindicat, & D. Hieronym. *lib. 1. contra Jovinian. exponit*) quod & seipsum, seu voluntatem propriam reliquit. Et quod magis est, primi Christiani æquis admodum passibus ad vitam Religiosam accesserunt, nec si Matrimonium excipias, ab exemplo Christi & Apostolorum longè recesserunt; juxta textum *Act. 4. ibi: erat cor unum & anima una, nec quiquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat &c.* Unde Doctor Mellibus in *Sermon. Apologet. heu me miserum, exclamat, qualemcumque Monachum! cur adhuc vivo, videòque ad id devenisse Ordinem nostrum, qui primus fuit in Ecclesia, imò à quo capit Ecclesia, & quò nullus in terra similior Angelicis Ordinibus, nullus vicinior ei, quæ est in caelis Jerusalem Mater nostra, sive per candorem castitatis, sive per ardorem charitatis, cuius Apostoli infirmiores fuerunt.* Tamburin. *cit. disp. q. 2. n. 21.*

Post hæc Regularis Vita latius pertractata, in orbe dilatata, & ab Ordinum Regularium fundatoribus certis legibus & regulis circumscripta fuit. Agmen in Oriente duxit S. Basilii; ibidemque etiam inclauit S. Augustinus, uterque cognomento & gestorum amplitudine Magnus. In Occidente Religiosorum fan-tesignanus & Patriarcha deprædicatur D. Benedictus, cuius S. Regula præ cæteris hanc prærogativam habet, quòd prima sic ex approbata Summis Pontificibus, Gregorio M. & Zacharia. Prior sic loquitur: *scripsit vitam Beati Benedicti, & legi Regulam, quam ipse Sanctus manu propria scripsit; laudavi eam, & confirmavi in sancta Synodo, & per diversas partes Italiae, & ubicumque latina litera legerentur, præcipi, ut diligenter observarent, quicunque ad conversationis gratiam accessuri essent usque ad finem mundi.* Posterior ita effatur: *ipse Sanctus (Benedictus) Monachorum Regulam scripsit, quam sancta memoria prædecessor noster Gregorius in libro Dialogorum (nempe l. 2. cap. 9.) suis approbat, & laudat, & nos approbamus, & laudamus, & sanctam constitimus, Reverendissimi. Perez in comment. in Reg. S. Benedicti Prol. n. 29. & seqq. Gonzalez in cap. ult. de Religiof. dom. n. 6. Vincentius Petra in Commentar. Apostol. tom. 4. pag. m. 147. n. 1. & seqq.*

SECTIO II.

De Qualitatibus Religiosorum.

SUMMARI A.

*53.* Olim non erat determinata ætas ad professionem. *54. & 55.* Infantes quoque solebant alienò nomine profiteri. *56.* Eaque professio juxta mentem querendam valebat irrevocabiliter. *57.* Sed solum ante sextum Ecclesie sæculum. *58. & seq.* Fortius tamen est, quòd semper fuerit revocabilis post pubertatem. *60.* Hæc requiruntur sexdecim anni. *61.* Novitatus citius potest inchoari. *62.* Exploduntur mundanorum objecta. *63.* Conjugati possunt Religionem profiteri.

*53.* Olim non erat determinata ætas ad professionem. *54. & 55.* Infantes quoque solebant alienò nomine profiteri. *56.* Eaque professio juxta mentem querendam valebat irrevocabiliter. *57.* Sed solum ante sextum Ecclesie sæculum. *58. & seq.* Fortius tamen est, quòd semper fuerit revocabilis post pubertatem. *60.* Hæc requiruntur sexdecim anni. *61.* Novitatus citius potest inchoari. *62.* Exploduntur mundanorum objecta. *63.* Conjugati possunt Religionem profiteri.

Prof.

profiteri potest. *72. & seq.* Uti & conjug infidelis ad fidem conversus. *74.* Idem est in casu heresi. *75. & seq.* Tamest unus ex conjugibus hereticus ad nostram fidem convertatur. *79. & seq.* Conjug invalidè professus, & conjugii restitutus, non tenetur post mortem conjugis ad Monasterium redire. *81. & seq.* Tenetur tamen ad continentiam in vim voti simplicis. *83.* Solvitur instantia. *84.* Fir limitatio. *85. & seq.* Conjug hujusmodi potest ad seculum redire, tametsi non repetatur ab altero conjugate. *87.* Sed hoc minime suadendum. *88.* Episcopi non possunt ingredi Religionem inconsulto S. Pontifice. *89. & seq.* Qui facile non dat licentiam;

nisi ad sit una ex causis in cap. 10. de Renuntiat. *91.* Excipitur Episcopus electus tantum. *92. & 93.* Retinuitur instantia. *94.* Clerici alii possunt ingredi etiam invitò Episcopo. *95.* Debent nihilominus Episcopo suam intentionem manifestare. *96. & seq.* Religiosus futurus non debet esse servus. *98. & seq.* Aere alienò gravatus. *100.* Obligatus ad ratiocinia. *101.* Criminosus. *102. & seq.* Sexu distinctus. *104. & seq.* Ad succurrendum parentibus in seculo obstrictus. *106. & seq.* Est cateroquin parentum consensus haud requiritur. *108.* Nec debet esse corpore vitiatas. *109. & seq.* Ant metin coactus.

§. I.

In qua ætate Religiosus quis fieri possit?

*53* Olim non erat determinata ætas, in qua Religiosus quis fieri possit, sed quolibet tempore, & etiam ante discretionis annos, recipiebantur impuberes in Monasteriis, ita tamen, ut illorum locò parentes promissionem & professionem emitterent, veluti constat ex *34. Reg. S. Bened. cap. 59.* Idque non absonum, sed sacris paginis & sanæ rationi consonum videri debet, quando ex *1. Reg. cap. 1. v. 24.* comperit est, Samuelem adhuc infantulum DEO devotum & oblarum esse; similiter etiam ex Nicephoro *lib. 1. Eccles. hisfor. cap. 7.* & S. Damasc. de *fidè Orth. cap. 4. v. 15.* siquet, Virginem DELparam à sanctis parentibus, Joachim & Anna, adhuc trimulam ad templum adductam, suprèmoque Numini consecratam esse. Nempe, ut noscimus ex Divino Oraculo: *bonum est viro, si portaverit jugum ab adolescentia sua.* Threnor. *cap. 3. v. 27.* nec ulla ætas, quam puerilis, impimead pietati & implantandis virtutibus uti tenerior, sic aptior est. Perez in *cit. cap. Reg. n. 4. & 5.* Gonzalez in *cap. sicut regimini n. 5. & cap. cum virum 12. de Regular. num. 3. & 4.*

*56* Sed utrùm professio, impuberum nomine à parentibus emissa, firma & irrevocabilis fuerit? Certamen est inter Doctores, tam Theologos, quam Canonistas. Hæphtenus, Cironius, Manriquez, & alii, quos sequitur Gonzalez ad *cit. cap. cum virum n. 6.* putant, professionem ante sextum sæculum firmam & irrevocabilem fuisse; quemadmodum enim, inquit Gonzal. in susceptione baptismi parvulorum intercedit votum, & quidem solemne Religiosis Christianæ, quò adstringuntur baptizati, per patres seu patrilios, perpetuò tenere & profiteri Catholicam fidem: eòdem modò parentes, qui Religioni vovebant filios impuberes, illos obligabant per vota solemnia & substantialia. Et, sicut olim, quem pater proprium vendidisset, in servitute manebat; ita & Religioni oblitus tenebatur servare vitam monasticam, & in Monasterio persistere. Sed, cum deinceps SS. PP. Ecclesieque Præsules agnoscerent, pravos effectus evenire ex hæc libita

, filiorum oblatione, sanxerunt post sextum, Ecclesie sæculum, ne aliter filii oblati à parentibus cogentur in Monasterio persistere, quam si post annos probationis tacite, vel expressè oblationi parentum consensissent; hòc insuper additò, ne ante discretionem, his annos ipsi liceret, à Religionè resiliere; cap. puelle 8. cap. sicut 9. XX. q. 1. cap. significatum 11. cap. cum sumus 14. de Regular. Verum Panormitan. & Innocent. in *cap. si quis 2. de Regular. P. Engel. edd. n. 18.* Barbosa in *cap. cum virum 12. & cap. significatum 11. de Regular. n. 3.* Lessius de *J. & F. lib. 2. cap. 40. dubit. 10.* Caramuel *Theol. Reg. disp. 39. n. 445.* Perez *cit. l. n. 9.* longè verius arbitrantur, talem professionem quidem valuisse pro tempore impubertatis; post tempus pubertatis autem licuisse professio resiliere, nisi professionem tacite vel expressè ratificaverit; quemadmodum à sponsalibus, in impubertate contractis, recedere licet post pubertatem, nisi ratificentur. Textus sunt in *cap. firmatus. d. XX. q. 1. cap. nullus 1. d. cap. cum sumus 14. cap. sicut 5. de Regular.* Ratio est: quia in electione status liberi non pendet de necessitate à voluntate parentum; præsertim in electione status Religiosi, qui, cum opus consilii, non præcepti sit, spontanea ac propria voluntate suscipiatur, necesse est. Unde, quæ in contrarium allata sunt de sponsalibus, qui non est opus & actus consilii, sed præcepti; item de servitute, quæ similiter inter consilia, saltem Evangelica, referri non potest, soluta & sublata videntur.

Hodie tales professiones non amplius admittuntur; quis & illæ, quæ ante annum ætatis decimum sextum complectum (intellige completionem physicam seu mathematicam ex dicendis infra in *num. 116.*) attentantur; pro nullis & inefficis habentur juxta decretum Concilii Trid. *sessi. 25. de Regular. cap. 15.* Rota Rom. in *rec. p. 1. dec. 175. n. ult.* Vincentius Petra *Comment. Apostol. tom. 2. pag. m. 524. num. 14. & seqq.* Ratio tale decretum statuendi non fuit alia, nisi quòd ante decimum sextum ætatis annum non videatur ordinariæ tantà maturitas & experientia adesse in adole-

lescentibus, quanta requiritur ad status, quem suscipiunt, arduitate & perennitate.

61 Per hanc tamen constitutionem non censetur prohibitum, quod minus ætatis inferioris adlescentibus vel ad Monasteria, vel etiam ad Novitiatum possint assumi. Colligitur ex Trid. d. l. cap. 17. ubi Virginibus datur licentia, habitum Regularem post annum duodecimum suscipiendi. Tamburin. de Jure Abbat. tom. 3. disp. 6. q. 2. n. 7. P. Wex in cit. Epistome Pralat. Reg. §. 1. cap. 5. §. 1. num. 41. & 43. Enimverò Novitiatum non statim professio debet subsequi, sed aliquando ex justis causis differri potest: eaque propter non tam attenditur, in qua ætate sit Novitius, quam in qua sit professus. Et, si non ad Novitiatum, sed ad disciplinam solum & educationem bonam ad Monasteria veniant pueri & puellæ, eò magis annuendus est ingressus, quò certius est, teneram agrillam recipiendæ tum virtutum doctrinæ maximo operè idoneam; id, quod

Ordini Benedictino à primis incunabilis familiarie, non parvum eidem incrementum, orbique universò maximum contulit emolumentum, quando in Monasteriis nostris instituti pueri evaserunt in Viros, literis & sanctitate celeberrimos.

Nec ratiocinia sunt mundanorum hominum vana ratiocinia, quòd melius sit, mundum prius experiri, quam relinquere tam festinè: fatius namque est, exemplò S. Scholasticæ, Mauri, Placidi, Gertrudis, & aliorum sine numero mundum ignorare, quam deserere; fatius, prætextam à labe tueri, quam inquinari; fatius, ut Jura clamant, intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium querere. Confer. Gonzal. ad cap. sicut 6. de Regular. num. 5. Van Elpen 7. E. U. p. 1. tit. 27. cap. 2. n. 7. & 8. qui etiam in num. 2. & seqq. observat, per Trident, non derogari statutis aliquorum Ordinum, qui majorem ætatem, quam sexdecim annorum, pro Religiosa professione præscribunt.

§. II.

Possintne Conjugati Religionem profiteri?

63 Conjugati sunt duplicis generis: aliqui contraxerunt Matrimonium ratum duntaxat sine consummatione; alii contraxerunt ratum, & consummarunt. Conjugati primi generis possunt ingredi Religionem, & in illa profiteri independentè à consensu alterius conjugis, cui incumbit, expectare, donec ingrediens, absolutò Novitiatu, professionem fecerit; eaque facta, si voluerit, ad secunda vota transire permittitur. Textus in cap. de sponsatam 27. XXVII. q. 2. cap. verum 2. cap. ex publico 7. cap. ex parte 14. de Convers. conjugat. 64 Huncque in finem conceditur conjugibus, post contractas nuptias, bimestre, intra quod de Religionis ingressu deliberare possunt, ac debitum reddere non tenentur; tempore verò duorum mensium elapsò, si pars insistit, & debitum petierit, vel Religionem intrare, vel Matrimonium consummare obstringuntur d. cap. ex publico 7. P. Wiestner ad cit. tit. n. 2.

65 Conjugati posterioris generis possunt quidem ad statum Religiosum se conferre, si pars altera spontè consentiat: quia tamen Matrimonii vinculum, secutà quoque professione, non dissolvitur, pars remanens in seculo nequit ad aliud Matrimonium convolare, sed, si juvenis aut suspecta sit de incontinentia, & ipsa Religioni se mancipare obligatur, aut, si fenex & de incontinentia suspecta non sit, votum continentia debet emitte. cap. cum sit 4. cap. ex parte 9. cap. ad Apostolicam 13. cap. signi- ficavit 18. de Convers. conjugat. Quòd si professio fuerit emissa, non præhabito liberò partis alterius consensu, non tenet cap. nisi- casti 3. XXXIII. q. 5. cap. accedens 17. d. t. nec enim aliter quam mutuo consensu solvi debet obligatio cohabitandi & permanendi in vitæ societate, quæ sine mutuo consensu non co-

luit. Sin autem consensus quidem liberè datus fuerit, sed pars in seculo remanens nec Religionem ingrediatur, nec votum continentia emitat, professio nihilominus valet, per cap. Agathosa 21. XXVII. q. 2. cap. ex parte 9. cit. tit. nulli beniam valor professionis alii conditioni, quam mutuo consensu, adscribitur. Wiestner cit. l. n. 19. & n. 27.

Cur autem post Matrimonium ratum ad Religionem invitò conjugè transire, & certatà professione, conjugi remanenti in seculo liceat novum Matrimonium inire; non item post Matrimonium consummatum? Ratio discriminis hæc assignatur: quia Matrimonium ratum, cum representet solum conjunctionem Christi cum anima fidei per charitatem, quæ per mortale peccatum tollitur, est solubile cap. debitum 5. de Bigam. non ordinand. Matrimonium consummatum e contra, cum significet indissolubilem conjunctionem Christi cum Ecclesia per assumptionem humanitatis, juxta illud Joan. 1. Verbum caro factum est; & illud ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est in Christo & Ecclesia, est indissolubile, d. cap. debitum 5.

Unde per Religiosam professionem, quæ est Matrimonium spirituale, ac bonum longè excellentius, quam conjugium carnale, Matrimonium ratum dissolvi potest, & renitente quidem conjugè: utpote cum tempore contractus matrimonialis sciat, vel scire debeat, licere alteri conjugi, si voluerit, ad statum nobiliorem se convertere; focus est de Matrimonio consummato, quod neque Religiosa professione solvitur, neque propterea facultatem relinquit, ad statum alium, citra consensum utriusque conjugis, transeundi. Egregiè Gonzalez in cap. verum 2. de Convers. conjugat. à n. 3.

Quæres autem I. an post Matrimonium con-

consummatum liceat innocenti conjugi sine alterius conjugis assensu seculum relinquere, si is nocens & adulter fuerit?

Resp. affirmativè. Textus in cap. Agathosa 21. XXVII. q. 2. cap. consuetus 15. cap. veniens 16. de Convers. conjugat. Gonzalez ad cap. quidam 3. eod. tit. circa fin. P. König ibid. num. 6.

Ratio est: quia conjugis innocens non tenetur adultero conjugi cohabitare, sed perpetuum divortium habere potest. Ergo nec conjugis nocenti infert injuriam, nec Sacramento irrogat irreverentiam, si mundo, in quo vitam sine conjugè ulterius transigere non allubeat, valde dicat, & uni DEO in Religione servare intendat.

72 Quæres II. an, si conjuges sint infideles, & unus ex illis ad fidem Christianam & Orthodoxam convertatur, alterò nolente & invito, post Matrimonium jam consummatum, ad statum Religiosum se conferre valeat?

Resp. affirmativè. Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 75. num. 9. & 11. Salmanticens. de Matrim. tr. 9. cap. 4. n. 52. Clericatus de Matrim. decif. 12. n. 7. & 9. Ratio est: quia, ut traditur in lib. 4. tract. 2. cap. 2. Matrimonium infidelium, etiam consummatum, post unius Conversionem ad fidem Christianam & Orthodoxam, omninò dissolvitur quoad vinculum, adeò ut invalidum Matrimonium contrahere liceat. Ergo etiam eò effectù dissolvitur, ut liceat ad statum Religiosum se conferre: cum professio Religiosa faciat, ut ipsum Matrimonium, si ratum sit, perimatur.

73 Quæres III. an etiam in casu hæresis liceat conjugi fidei & Catholico absque alterius consensu Religionem intrare?

Resp. sententiam affirmativam esse certam in casu, quò pars fidelis & Catholica à parte infidelis & hæretica Judicio Ecclesiæ separata est per textum in cap. ult. d. t. Ratio est: quia hæresis & infidelitas est causa divortii perpetui, si Judicio Ecclesiæ, de hæresi vel infidelitate judicantis & pronunciantis, accedat. Wiestner cit. tit. n. 34. & seqq. cum Authoribus, antè citatis. At, si uterque conjugis sit hæreticus, & unus ex illis, abjuratà hæresi, fidem Orthodoxam amplectatur; ante aliquot annos vehementer dubitatum & disputatum esse scio, num conjugis Catholicus Ordinem Religiosum possit ingredi? Ego tamen verolimitius semper existimavi, ingressum in Religionem prohiberi non posse.

74 Quamvis enim non suppetat apertus textus, hunc casum directè decidens; potest tamen decisio ex cit. cap. ult. de Convers. conjugat. solidè deduci: si enim spiritualis adulter censetur conjugis, qui deficit à Religione Orthodoxa ad hæresim; cur non censetur spiritualis adulter conjugis, qui manet in hæresi, dum alter ad fidem convertitur? Et, si ob hæresim divortium ex eo capite statuitur, quia periculum est, ne hæreticus Catholicum in suam abripiat sectam; nonne divortium etiam tunc statuentum est, quando unus ad fidem perducitur, & alter in sua pertinacia perdurat? utpote

75 Si dicas: maritum ad locum professionis, si nolit, reverti non debere. Textus in cap. 80 quidam 3. de Convers. conjugat. & ibi Gonzalez sub n. 2. cap. placet 12. d. t. & ibi Panormitan. num. 1. Ratio est: quia professio talis nulliter est emissa: sicut non potest obligare professum ad repetendum locum professionis.

76 Resp. II. maritum ad locum professionis, si nolit, reverti non debere. Textus in cap. 80 quidam 3. de Convers. conjugat. & ibi Gonzalez sub n. 2. cap. placet 12. d. t. & ibi Panormitan. num. 1. Ratio est: quia professio talis nulliter est emissa: sicut non potest obligare professum ad repetendum locum professionis.

77 alid matrimonium contrahendi validè, non etiam licitè. Ratio est: quia maritus ex præsumptione juris censetur vovisse, quantum potuit: potuit autem vovere continentiam non in vim voti solemnis, cujus valor & effectus à valore professionis dependet; sed in vim voti simplicis, quòd etiam in seculo & statu matrimoniali potest emitti: ergo præsumitur vovisse continentiam per votum simplex. Textus in cit. cap. quidam 3. & cap. placet 12. d. t. Jam verò potestum est, cum voto simplici castitatis possit Matrimonium contrahi validè, non etiam licitè: & hinc etiam maritus validè quidem Matrimonium contrahere poterit, non autem licitè; quin & stante Matrimonio, reddere tantum, non verò perere valebit debitum conjugale d. textib. Gonzalez cit. l. P. Engel ad eund. tit. n. 9. Wiestner ibid. n. 10. & 24.

Si dicas: maritum in simili casu non teneri ad obedientiam & paupertatem in vim voti simplicis: adeoque nec teneri ad castitatem.

78 te cum longè majus periculum sit perverfionis, si quis hæretico nato, ut ita dicam, vel educato, quàm postea in hæresim lapsò, cohabitare teneatur. Et, si conjugis infidelis, ad fidem conversus; abolvatur à vinculo conjugii, quando infidelis persistit in sua caecitate: sanè conjugis hæreticus, ad fidem traductus, saltem ab obligatione thori & mensæ liberari, & jus profitendi statum Religiosum poterit consequi, si pars altera in sua pertinacia cervicem induraverit. Conferatur textus in cap. idololatria 5. cap. non solum 6. & seqq. XXVIII. q. 1. cap. de illa 6. de Divort.

79 Quæres IV. an, si maritus v. g. uxore discessente vel ignorante, Religionem professus, ac redire ad seculum jussus fuerit, teneatur post mortem uxoris ad locum professionis reverti; vel utrum uxorem aliam possit ducere?

80 Resp. I. maritum ad locum professionis, si nolit, reverti non debere. Textus in cap. 80 quidam 3. de Convers. conjugat. & ibi Gonzalez sub n. 2. cap. placet 12. d. t. & ibi Panormitan. num. 1. Ratio est: quia professio talis nulliter est emissa: sicut non potest obligare professum ad repetendum locum professionis.

81 Resp. II. maritum ad locum professionis, si nolit, reverti non debere. Textus in cap. 80 quidam 3. de Convers. conjugat. & ibi Gonzalez sub n. 2. cap. placet 12. d. t. & ibi Panormitan. num. 1. Ratio est: quia professio talis nulliter est emissa: sicut non potest obligare professum ad repetendum locum professionis.

82 Si dicas: maritum in simili casu non teneri ad obedientiam & paupertatem in vim voti simplicis: adeoque nec teneri ad castitatem.

83 Resp. paupertatem & obedientiam, quatenus sub votum cadit, habere majorem connexionem cum statu Regulari, quam continentiam: unde non præsumitur, quòd aliquis ad paupertatem & obedientiam se velit obligare, nisi per validam & solemnem professionem. At continentia, ut dictum, per se etiam in seculo & in statu conjugali vovetur. Unde præsumitur, quòd ad talem se quis obligare voluerit.

84 Quòd si tamen professus habuisset intentionem, non aliter vovendi castitatem, quam solemnem atque à professione dependentem: in foro conscientia, in quo præsumptio cedit veritati, non esset obligatus ad continentiam servandam; licet in foro exte-

externo tamdiu stari solet presumptioni, quamdiu contraria intentio non probatur. P. Engel cit. l. Gonzalez d. l. Sciri cap. placet 12. num. 13.

87 Quares V. possint conjux, invalidè professus, propriò motu redire ad sæculum, esto non repetatur ab altero conjugè? Resp. opinioni affirmativæ & negativæ non deesse suos Patronos, veluti conspici licet apud P. Engel cit. l. num. 12. mihi tamen affirmativam, quam tenet Sanchez de Matrimon. 86 lib. 7. disp. 3. n. 13. præplacere. Ratio est: tum quia generaliter recessus ad sæculum est licitus, quando professio est invalida:

§. III. Qualiter Episcopi & ceteri Clerici Sæculares in Religiosos assumi possint?

88 Episcopi non possunt Episcopatus suos, in consilio Romani Pontificis, deserere, & Religiosorum collegia accedere cap. licet 18. de Regular. cap. nisi 10. de Renuntiat. cum enim Episcopum inter & Ecclesiam intercedat Matrimonium spirituale, idque dissolvi non possit, præterquam si Romani Pontificis autoritas interveniat cap. inter corporalia 2. & seqq. de Translat. Episc. profectò S. Pontifex antea debet consuli, quam relicto Episcopatu, vita Regularis suscipiatur. Quodsi legitimam causam habeat Episcopos, talem scilicet, qualis in cit. cap. nisi 10. de Renuntiat. ad resignationem exigitur (de qua vid. Lib. II. tract. de Abol. acquir. & amit. pralat. cap. ult. num. 81. & seqq.) facile licentiam a S. Pontifice sperabit

90 juxta cit. cap. licet 18. de Regular. Aliam verò causam si prætexat, & si oneris Episcopalis pertatus, quietem claustralem appetat, sentiet magnam in obtinenda licentia difficultatem: cum, ex sententia Innocentii III. in d. cap. licet 18. doctrina silentio, sollicitudo contemplationi, & labor quieti præponi debeat. Clariss. D. Augustinus Michel in Theol. Canonico-mor. tom. 1. append. 1. q. 2. punct. 1. num. 27. & 28. ubi notat, aliud fieri, quando adest alius, ad Episcopatum æque idoneus.

91 Sed hæc intellecta velim de Episcopo consecrato vel confirmato. Nam electus tantum, sicut autoritas propria, cum vinculo connubii spiritualis careat, resignare potest cap. si electio 26. de Elect. in 6. sic etiam Religionem amplecti. Gonzal. ad cap. per thas 10. de Voto & Voti redempti. n. 7. P. Pirhing ad tit. de Regular. n. 125. Magnif. P. König ibid. n. 9.

107

tum quia specialiter in nostra hypothesi spontaneus regressus & Monasterio in cap. notificasti 2. XXXIII. q. 5. cap. accedens 17. de Convers. conjug. permittitur videtur: tum quia, qui semel ad petitionem alterius conjugis est claustrum recessit, non tenetur ad illud post mortem conjugis postliminò remeare ex præcepto, sed tantum ex consilio cap. placet 12. d. 1. In 87 terim, ut ejusmodi professus vocationem suam certiores faciat, omninò securius & melius est, in Monasterio persistere, si Religio & Superiores, quos decipit ipsum ulterius ibidem tolerare velint, per ea, quæ uberius adstruit P. Engel cit. l. num. 12.

§. III. Qualiter Episcopi & ceteri Clerici Sæculares in Religiosos assumi possint?

Dices: is, qui Religionis ingressum vovet, & antequam ingrediatur Monasterium, in Episcopum eligitur, non potest Episcopatum acceptare, sed Monasterium ingredi tenetur d. cap. per thas 10. de Voto & Voti redempti. Ergo etiam ille, qui jam est Episcopus, consecratus aut confirmatus, saltem tunc Religionem ingredi poterit, quando eandem vovit. Resp. negandò consequ. Disparitas est: quis in priori casu nondum contrahitur spirituale ligamen; adeoque nil obstat, quò minus votum exsolvi, & Monasterium adiri debeat. In posteriore casu ligamen est contractum, nec votò vel aliò modò, quàm autoritate Pontificiâ, dissolvi potest.

94 Clerici alii, quicumque sint, vive curati, sive non, liberè possunt ad Regulares transire per textum in cap. un. XIX. q. 1. cap. duo 2. d. XIX. q. 2. ubi Urbanus II. de Clericis Sæcularibus, qui populum sub Episcopo retinent, hæc est, curam animarum exercent, loquens, quisquis igitur, ait, hæc spiritu (quòd scilicet in aliquo Monasterio vel Regulari Canonice se salvare voluerit, ut sonant verba anteced.) ducitur, etiam Episcopò suo contradicente, eat liber nostra autoritate. Adeoque licentiâ Episcopò non est opus; quamvis insinuatio propositi Episcopo sine dubio fieri debeat, vel ante, vel immediatè post Clerici abicum, quatenus, dum populus sub pastore viduatur, alius eidem autoritate Episcopi substituat. Azor Institut. Moral. p. 1. lib. 1. v. cap. 16. quest. 3. Clarissimus P. Wex in Epitome Pral. Regul. p. 1. cap. 5. §. 1. num. 46. Clarissimus D. Michel cit. l. num. 29.

§. IV. Quibus impedimentis carere debeat Religiosus futurus?

96 Religiosus futurus non paucis impedimentis carere debet. Primum est servitus, non illa duntaxat, quæ vigeat apud Romanos, & juxta cap. 1. n. 45. inter Christianos exolevit; sed illa quoque impropria, & adhuc usitata, quæ facit homines proprios, originarios, & adscriptitios: priusquam enim a suis Domains manumissionem accipiant, ad Reli-

gionem admitti nequeunt cap. generalis 12. cap. Abbat 22. cap. multos 23. Disp. 5. 4. cap. ult. XVII. q. 2.

Et, si de facto servus ejusmodi sine consensu Domini recipiatur in Monasterium, potest intra triennium à Domino repeti; post triennium autem à Domino, nisi ignoraverit, repeti prohibetur; res verò, quas secum attulit Monasterio, Domino restitui debent d. cap. gen-

generalis d. cap. ult. Sylvester Verb. Religio 2. num. 3. in fin. Wiestner ad tit. de Regular. num. 3.

98 Secundum est et alienum, quò, si quis gravatus sit, non potest ad Religionem admitti, priusquam creditoribus suis satisfecerit arg. cap. un. Disp. 53. Neque enim opus constitit præferendum est operi præcepto, ratione cuius ex Jure Naturali & positivo debitum teneatur exolvere.

Si tamen vel probabilis spes non affulgeat, fore, ut debitor cum tempore ad pinguiorem fortunam perveniat; vel is bonis in favorem creditorum cedere velit, à Religionis ingressu non arceatur, velut ex S. Thoma q. 185. art. 6. docet Wiestner cit. l. num. 6.

100 Tertium est obligatio ad ratiocinia, propter administrationem quandam generalem & publicam contracta: nam, antequam rationes sint redditæ, clausa est janua Religionis d. cap. un. Disp. 53. cum taliter obligati non tam facile fugere quam mutare; nec magis amore salutis, quàm odii creditorum, ad Monasteria se convertere præsumantur. Wiestner d. l. num. 7.

101 Quartum est crimen, cui gravis poena, mortis, mutilationis, exilii &c. præflicta est ex constit. Sixti V. quæ incipit cum de omnibus, & refertur à Tamburino de Jure Abb. tom. 3. disp. 6. q. 3. n. 11. Est namque & hic præsumptio, quòd criminofus potius ex metu supplicii, quàm ex motivo conversionis, sæculum derelinquat.

102 Quintum est sexus: nam neque femina in Monasteriis Virorum, neque mares in Monasteriis Monialium, imò neque hermaphroditii vel in istis aut illis Monasteriis recipi possunt arg. cap. per venit 20. cum 3. seqq. XVIII. quest. 2. Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 106. n. 3. & uli. Clariss. D. Franz ad lib. 1. Inst. tit. 3. sub n. 13.

103 Reiffenstuel ad tit. de Regular. n. 75. Si enim ob continentia custodiam Clericis sit inhibendum, mulieribus cohabitare ex cap. 2. n. 68. quantò magis erit prohibitum Religiosis, professionem in Monasteriis Monialium, & vicissim, emittere, & sub eodem testè personis alieni sexus perpetuò convivere?

104 Sextum est paupertas, non quidem ingredientium (malè siquidem ad paupertatem vel divitias respicitur in Monasteriis, si aliunde sufficienter sint dotata) sed parentum ipsorum: quando enim parentes in extrema vel gravi necessitate sunt constituti, & liberi remanentes in sæculo illis succurrere & subvenire possunt, debitum pietatis exigit, ut ingressum Religionis differant, & parentibus auxiliarem manum porrigant. Caramuel in Theol. Regul. disp. 40. sub n. 458. conclus. 6. P. Engel ad tit. de Regular. n. 17.

Si tamen liberi nec habeant media, nec probabilis spes subit, acquirendi

media, & parentibus auxiliandi, idem P. Engel cum aliis non agnoscat obligationem ex parte liberorum, ut propter dubium commodum temporale certius bonum spirituale negligant.

De cætero parentum consensus, licet de honestate, non autem de necessitate, sit requirendus; attamen, si negetur, non est sequendus cap. puella 2. §. si vero XX. q. 2. Rationem dat Clemens III. in cap. cum virum 12. de Regular. in fin. quia liberi post annos discretionis liberum habent arbitrium, & in electione propositi (seu statùs) sequi parentum non coguntur voluntatem. Idque desumitur ex Evangelio apud Lucam cap. 9. & 14. & apud Matth. cap. 8. Unde 107 nec minæ, nec preces, nec lachrymæ, nec lamenta parentum aut propinquorum curanda: quoniam, ut D. Hieronym. in Epist. 1. ad Heliod. exhortatur, per calcatum oportet pergere patrem, per calcatum pergere matrem, & ad vexillum crucis evolare. Nam summus genus pietatis est, in hac materia fuisse crudelium. Eoque sensu capienda est illa Salvatoris apud D. Lucam cit. cap. 14. memorata sententia: qui non odit patrem suum & matrem suam, non est me dignus.

Septimum impedimentum est vitium corporis notabile ac tale, quod causet deformitatem, mutilationem, aut debilitatem notabilem, adeò ut taliter vitiatum vel cæteris in Religionem viventibus non possit sine horrore, scandalo, aut turbatione convivere, vel consuetæ Religionis onera portare nequeat. König ad cit. tit. de Regular. n. 10. Reiffenstuel ib. num. 74.

Octavum denique est vis ac metus gravis, in cadens in hominem constantem, injustè ad ingrediendam aut vovendam Religionem incussus: quemadmodum enim Matrimonium carnale nequit validè contrahi, quando vis aut metus gravis intercedit cap. cum locum 14. de Sponsalib. pariter nec Religio voveri potest validè, quando vis aut metus gravis concurrat cap. relatum 1. de his que vi metusve causa &c. ubi prolixè Gonzalez n. 10. & 17. Requiritur siquidem ad electionem statùs perpetui, qui non sub præceptum sed consilium cadit, non qualecunque voluntarium, sed plene liberum per cap. si cum 15. de Regular. Unde in Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 18. anathema interminatur cogentibus Virgines, viduas, aut alias mulieres ad Monasteria. Et quia non minus ex parte Religionis debet intervenire libera susceptio & acceptatio professionis, sicut in Matrimonio ex parte utriusque conjugis libera voluntas desideratur: hinc probabilis existimo, professionem non valitum, si Prælatum vel Capitulum ex gravi metu ad acceptationem cogetur. Vid. P. Wiestner cit. l. n. 87.

